

einzelne verzeihelt 4. III. 1915

Silvest. theol. Vol. 35

~~S. 111.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-15.
SIGNAT. MDCCCXIII.



Index Dissertationum

1. M. Augusti Pfeifferi, de nominibus DEI, in lingua Ebraea, et aliis orientalibus, usitatis. Viteb. 1660.
2. M. Zaccariae Graepi, Praef. Andr. Sennerto, de divinis quibusdam nominibus, in Ebraea V. T. Scriptura occurrentibus., Viteb. 1660.
3. M. Georgi Schwartzze, de nominibus DEI in genere. Viteb. 1677.
4. Georgii Söhnlini, Praef. Georg. Casp. Kirchmaier, de nomine DEI tetragrammato יהוה Viteb. 1660.
5. Joh. Frid. Scharffii, de eod. divinis nomine. Viteb. 1674.
6. M. Georg. Schwartzze, de nomine divino יהוה Dissert. I. Viteb. 1677.
7. Eiusdem de eod. Dissertatio II. Ibidem eadem.
8. Eiusdem, de nominibus divinis יהוה et יהוה Viteb. 1679.
9. Eiusdem, de nominibus divinis יהוה et יהוה Viteb. 1679.
10. Christianus Netzel, Praef. M. August. Pfeiffero, de nomine Jesu. Viteb. 1662.
11. Carolus Metzger, Praef. M. Joh. Clodius, de Trinitatione DEI, et, Trinitatione hominis. Viteb. 1671.
12. M. Joh. Clodius, de Trinitatione hominis, et Trinitationis DEI et Trinitationis hominis *подручье* ac supplementum, exponit. Viteb. 1704.
13. M. Joh. Cyprianus, de significatione vocum יהוה et אלוהים, pro b. Joh. Gerardo, opposita, Anonymo Disquisitioni de statu, loco et vita animarum, postquam discesserunt a homine, etc. Lipsiae 1672.
14. M. Danielis Vismari Consideratio Philologico-Philosophica, aliquot V. T. Dictorum, quorum occasione, doctrina de Eclipsibus evoluitur. Viteb. 1654.
15. Pauli Marklowsky, Turcozeni Pannoni, Praef. M. Christian. Hoffmann, Ficus arbor, philologie considerata. Graecae, 1670.
16. M. Gottlieb Eckstein, de Prophetia et Prophetis, Viteb. 1682.
17. Joh. Christoph. Wichmannshausen, de ביר-אל ו ביר-אל Viteb. 1706.
18. Eiusdem Structurae Philologicae de Galilaea. Viteb. 1711.

19. Joh: Christoph: Wichmanſhausen, Diſſertatio Philologica Prior, de Samaria
20. Eiuſdem de eadem, Poſterior. Vtraque Sabinae ſp. Wit. 1714.
21. M. Nicolai Polemanni, Praef: Anor. Sennert, Decas Theſium Philo-
logicarum, e Geneſi Moſaica ſelecta. Vitæb 1688?
22. M. Joh: Hermannii von Elſowich, Obſervationes Philologicae, ſuper,
Vitæb 1712. Clariſſimi viri, Bernh. Henningi Witteri, Commentatione in Geneſin.
23. Eiuſdem Epistoſta Apologetica ad Henning. Bernh. Witterum. Vitæb 1713.
24. Henr. Bernhardi Witter, Epistoſta ad Joh: Hermannum ab Elſowich.
25. M. Jo: Heluici Willemeri Obſervationes Philologicae, de Creatione Mundi,
^{Hildesheim 1702.} Samaritani Pentateuchi textum concernentes. Vitæb 1677.
26. Joh: Henr: Schneideri, Praef: M. Bücher, Obſervationes Critico-Philolo-
gicae ad Gen. I. r. Vitæb 1716.
27. Joh: Daniel Vuffelt, Praef: M. Chriſtian: Bernh: Bücher, de Chaos
Mundi, ad Gen. I. 2. Vitæb. (Vir. 1683)
28. Joh: Georgii Meißneri, Exercitatio Philologica in Gen. I. 6. 7. (Vir. 1683)
29. M. Joh: Lehmanni de Firmamento Coeli, ex Gen. I. 6. 7. 14. 15. pp. (Vir. 1684)
30. Joh: Henr: Baumgartneri, Praef: Georg: Capp. Kirchmaier, de Para-
diſo, ſeu, Horto Eden. Vitæb 1660.
32. Georg: Frid: Heüpelii, de Creatione Cuae ex coſta Adami. Vitæb 1688.
31. Joh: Georgii Englern, de arbore vitae, ex Gen. II. 9. et III. 22. 1679
33. M. Danielis Tiefftruncken, Proteuangelium, ex Gen. III. 15. (Vir. 1655)
34. M. Joh: Deutſchmanni, Feſtum natalitiarum, cum ſideli omnium
viventium matre, Eva, ex Gen. IV. t. celebratum. Vitæb 1654,
25. M. Danielis Tiefftrunck, EXAE Poſitionum Ebraeo-Philologicarum,
ad Gen. IV. t. Vitæb 1659. (Vir. 1683)
36. M. Joh: Frid: Scharff, Cuae emphatica verba, Gen. IV. t. examinat. (Vir. 1683)
37. M. Zacchariae Henſel, Reſp: Georgio Michaelis, Ang. Gentium
deſiderium, ex Gen. III. r. Vitæb 1670.
38. Fridenci Meißer. Praef: Auguſto Pfeiffero, de Colloquio Caini
et Abelis, ad Gen. IV. 8. Vitæb 1671.

Vitreb. 1713

- 39. M. Christian Carol Stempel, de signo Cain posito, ex Gen. IV. 15.
- 40. Caspari Petri Hüllemanni, Praef. August. Pfeiffer, Henoch descriptus, ex Gen. V. 22-24.
- 41. M. Joh. Heint. Albinus, de libro Henochi Prophetico Vit. 1696.
- 42. a.) M. Frid. Jacobi Firmhaber, Selectae de Henochi Quaestiones, Dissert. I.
- 43. b.) Eiusdem Selectae de Henochi Quaestiones, Dissert. II.
- 44. c.) Eiusdem eadem, Dissert. III. Habine suo Vit. 1716.
- 45. M. Christoph. Reuchlin, de Diluio Mosaico, ex Gen. VI. Vit. 1685.
- 46. Andr. Sennert, de Gigantibus, ex Gen. VI. 4. Deut. XIII. 34. Jos. XIV. 15. etc.
- 47. M. Joh. Carol. Alhardt, textu authentico consentaneus scripturae, ex Gen. VI. 26.
- 48. M. Joh. Henr. Thomae, de lingua Abrahae antiquitate et veritate, ex Gen. XI.
- 49. Adami Schmidt, Praef. M. August. Pfeiffer, de lingua protoplastorum, s. primaeva
- 50. Joh. Christoph. Caspar, Praef. Schroeder, de lingua prima, ex Gen. XI. 1.
- 51. M. Georg. David Ziegler, Praef. Sennert, de confusione linguarum Babylonica.
- 52. M. Guiljelm. Wilckius, de Asphaltide, occasione dicti, Gen. XIV. 3. Vit. 1706.
- 53. Eiusdem de eod. Dissert. II. Ibidem eodem.
- 54. M. Joh. Herm. von Florschütz, Praef. Wichmannsk. Melchisedecus ab
invenia Petri Juniaci defensus. Vit. 1710. (Ibidem eodem.)
- 55. Eiusdem, Melchisedecus, ab Henr. Hulsio minus feliciter in Henocho detectus.
- 56. Eiusdem, Melchisedecus, ab Henr. Hulsio, in Pentili Mythologia frustra quaesitus.
- 57. M. Joh. Fromme, Praef. Sennert, de Ur Chaldaeorum, Gen. XV. 7. 1689.
- 58. M. Christianus Lohr, de Circumcisione Judaeorum, ex Gen. XVII. 10. 11.
- 59. Eiusdem de ead. ex Gen. XVII. 12. Ibidem eodem.
- 60. Eiusdem de ead. ex Gen. XVII. 13. 14. Ibidem a. 1680. (Vit. 1678.)
- 61. M. Gottlieb Celslein, Speculum Aegyptiacae Abrahamiticae, ex Gen. XVIII. 27.
- 62. Joh. Lehmann, Praef. M. Mied. Liebentantz, de terra Morijah et monte Si-
zionis Del. ex Gen. XXII. 14. Vit. 1670.
- 63. M. Mied. Liebentantz, de Raedibus deliciis Sudaem, a Gen. XXIX. 14. 1670.
- 64. Joh. Ernesti Vebri, Diversicolor orium foetus, opera Jacobi yeductus, in caelis suis
naturalibus consideratus. Vit. 1668.

maria
ilo.
per,
in.
1713.
ch.
undi,
lo.
683
pp.
a-
1688
679
5.
ium
m,
83.
)

EXPOSITIO QUORUNDAM NOMINUM.

65. Augusti Pfeiferi, de Teraphim, sive, idoli Labani, quae Rachel
 suffurata legitur Gen. XXXI. Viteb. 1765.
66. Joh. Christoph. Wichmannshausen, de Teraphim Viteb. 1705.
67. M. Gerhard: Herman. Mencke, de Iuramento Iacobi et Labani,
 ad Gen. XXXI. 53. Viteb. 1710. (Viteb. 1761.)
68. Martini Arrien, Praef. Aegidio Strachio, ad Gen. XXXV. 16. seq.
69. Wichmannshausen, de statu Rachelis sepulchrali. Viteb. 1706.
70. M. Frid: Vicci, de Praeconi Josephi Aegyptiaco ad Gen. XII. 43.
1657. Viteb. 71. M. Joh. Casp. Kravitz de יְדִי'וֹת יִבְרָאִי ex Gen. XLIV. 5.
1706. Viteb. 72. M. Joh. Adolph: Müllen, de Pastore Aegyptis inuiso, ex Gen. XLVI. 34.
1715. Viteb. 73. Eiusdem, de eod. Viteb. 1715.
74. Andr. Sennerti, de Sceptro Iudah, non auferendo ante aduentum
 Schiloh Messiae, ex Gen. XLIX. 10. // Viteb. 1675.

1.

ⲁⲓⲛⲁ

DIATRIBE PHILOLOGICA
De
NOMINIBUS DEI
IN LINGVA EBRÆA
ET ALIIS ORIENTALIBUS
USITATIS,

Quam
D. T. O. M. A.
In alma Leucoræa
PRÆSES
M. AUGUSTUS Pfeiffer/
Lawenburg. Saxo,
&

Respondens
LAURENTIUS DÜBENERUS,
NEOWEDEL. NEO-MARCH.
Publico *συμφιλολογέων*
examine sistunt.
In Aud. Min. Die XXII. Febr.

WITTEBERGÆ,
Typis Jobi Wilhelmi Fincelii, MDCLX.

DIATRIBE PHILOLOGICA

NOMINIBUS DEI

IN LINGVA EBRAEA

ET ALIIS ORIENTALIBUS

LINGUIS

AVT.

D. CO. M. A.

In almae Universitatis

LIBRARIIS

M. AUGUSTUS DIERCKMANN

Leipzig

EXAMEN THEOLOGICUM

Publico


Leipzig

Leipzig

Leipzig

WITTEBERGA

Typogr. Joh. Wilhelm Meißner



בשש

Προοίμιον.

Qum investigatà verà nominis ratione in rerum ipsarum cognitionem non rarò deducamur, vel certè facilius penetremus, non profus quoque contemnenda ea erit opera, quæ eruendis veris nominum rationibus impenditur; videmus quippe, quomodo illi in errorum saepe abyssum sese dent præcipites qui neglectis nominibus ad res ipsas prosiliunt, quare nos non & planè supervacaneam videmur nobis operam sumsisse, dum DEI Ter Opt. Max. nomina in lingua sancta & aliis orientalibus usitata breviter quoad Etyma sua explicare, & quæ falsò de iisdem asserta & credita sunt, refellere constituimus. Quod ut eò facilius impetremus, Summi Numinis opem imploramus, ut nobis de nomine suo dicturis ob nominis sui gloriam adesse velit!

THESIS I.

Primò igitur locò nomina EBRAICA evolvementus deinde ad alia progressuri: & cum illa à variis variè dividantur, nos singula breviter percurreremus. Occurrit autem primò omnium nobis explicandum gloriosum illud DEI nomen יהוה, quod κατ' ἐξοχήν τετραγράμματος & ab Ebræis ארבע אותיות vel ארבע אותיות שם של appellatur (Vid. Buxtorf. Lex. Ebr. p. m. 158. Ang. Caninius Disqv. ad l. N. T. p. m. 7. Haveman Theogn. antiqu. c. 6. §. 4.) & à radice



Ebraea יהוה, fuit quæ ejusdem significationis etiam in lingvis Chaldaea & Syra est, deducitur, quod DEUS Ter Opt. Max. independenter existat, & essentiam rebus omnibus largiatur.

II. An hoc ipsum nomen secundum literas & vocales suas, quibus hodie scribitur, legendum & pronunciandum sit, ea non levis est inter Philologos controversia. Nos legendum utique arbitramur, idque brevissimè ita probamus. I. Voces in textu sacro ita sunt legendæ, prout scribuntur, nisi in margine קרי additum inveniatur. (Vid. Hotting, *Thef. Phil.* l. 1. c. 3. f. 4. Laur. Fabr. *Part. C.H.c.* 3. § alii.) Jam verò de pronunciatione nominis יהוה nec קרי nec *yeu* in margine uspiam reperitur. Legendum itaque hoc nomen, ubi scribitur. Et si fortè aliquis ob frequentem hujus nominis usum omnibus locis קרי additum non esse putet, expediat, cur non uni aut alteri saltem loco adscribi potuisset? II. nomen יהוה non habet puncta aliena (nim. ex ארני) Ergò propria. Quod puncta vocis ארני non habeat, inde facilè patet, quod hic *Chazepb-Patach* reperiamus, illic nudum *Scheva*. Nec tanti æstimanda est exceptio Ludov. Cappelli *Orat. de nomine יהוה* p. 166. Masorethas compendii causa *Patach* omisisse: nam 1. assertio hæc non probata nuda negatione tollitur. 2. quale esset compendium, unam adjicere lineolam? 3. Cur hoc compendium non etiam in aliis vocibus, quæ sæpius occurrunt, usurpâssent? 4. Cur ne unico quidem in loco saltem קרי addidissent, ut deinde judicium de omnibus formari potuisset? Eiusdem momenti est quod dicit *ibid.* quia prima litera in יהוה est *Jod*, non opus fuisse *Scheva* composito. Si hic enim composito opus non est, quid eodem in יהוה, ubi prima itidem *Jod* est, opus esset?

III. Nec III. planè nulla est ratio Nicol. Fulleri *Misc. Sacr.* p. 783. quam petit ex nominibus propriis יהורם, יהונתן, יהושפט, quæ ipse Sixtinus Amama *dissert. de nomine Tetr.* יהוה

p. 543. ex Tetragrammatō composita esse fatetur. Hæc nemo pronunciat *Adonathan, Adoram, Adosaphat*, sed *Jebonathan, Jeboram, Jeboschaphat*. Cum igitur in compositione hoc nomen pronuncietur, uti scribitur, quid ni etiam extra eandem? L. Cappellus quidem p. 176. putat nomina hæc composita esse ex יהוה & ו perinde ut in וְשַׁעֲרֵיהֶם addi. Verum magna utrobique diversitas est. Hic enim Vau est paragodicum; ibi qui in medio paragodicum esset? Hic Schureck est, ibi Cholem, &c. unde ex וְשַׁעֲרֵיהֶם multò commodiùs quàm est יהוה deduci possunt. IV. Si nostram mittimus lectionem, varia & dubia planè nominis hujus nobis relinquetur lectio. Ipse enim Cappellus p. 169. fatetur, alios legisse *Javo*, alios *Jervo*, alios *Jaou*, alios *Jave*, &c. Consultius igitur est legere hanc vocem, ut in textu punctatam reperimus. V. Si nomen hoc ut וְשַׁעֲרֵיהֶם vel וְשַׁעֲרֵיהֶם legatur, distinctissima nomina confundentur. Omnis verò evitabitur confusio, si hæc vox, præsertim ubi nullæ discedendi causæ sunt à textu punctato, prout punctata est, legatur. Alia argumenta videri possunt ap. Perquam Rev. Magn. & Excell. Dn. D. Calov. *Theol. Nat. & Rev. p. 228. & seqv.* Ut & ap. Nic. Fullerum *Misc. Sacr. l. 2. c. 6. l. 4. c. 13. & in Append.* cujus tamen argumenta non omnia æquè stringentia esse haud inviti concedimus.

IV. Videndæ jam & excutiendæ nobis sunt rationes *Ludov. Cappelli*, quibus partim pronunciationem genuinam destruere, partim suam adulterinam astruere & substituere conatur. *Primum* argumentum desumit p. 143. à literis וְשַׁעֲרֵיהֶם, quæ cum literis gutturalibus Chateph-Parach notatis, Parach habere soleant. Id cum imitetur nomen וְשַׁעֲרֵיהֶם ex וְשַׁעֲרֵיהֶם ejusdem puncta provenire putat. Sed hoc ipso nihil aliud probat Cappellus, quàm hoc nomen וְשַׁעֲרֵיהֶם non imitari formam vulgarem nominum, quod etiam nos concedimus & nomen hoc singulare, imò singularissimum esse fatemur. De-

A 3

inde

inde literas בכלם cum יהוה etiam Patach habere posse, adeò improbabile non est, cum duorum Schevaiim prius in Patach etiam mutari possit. Vid. Ampliff. & Excell. Dn. SENNERTI, Præceptoris nostri colendi, *Gramm. univ. l. 1. c. 9. p. 176.* Erpen. *Gramm. general. l. 1. c. 7. p. 69.* Eiusdem farinae est argumentum, quod *p. 144.* à Dages leni petit. Nam regula illa ita simpliciter prolata, nim. literas בגורכגור post quiescentes habere *Raphe*, universalis non est, cum id etiam accentus distinctivus impedire queat. Conf. hic Buxtorf *Lex. Ebr. p. 159.* Quod *3. ibid.* argumentatur ab inconstantia punctationis vocis יהוה, id nobis nihil officit vel derogat, quia etiam alia nomina in sacris literis occurrunt, quæ diversimodè punctantur, nec tamen quisquam inde puncta aliena esse colligit.

V. Quod *p. 146.* probat LXX. Interpr. יהוה per *κύριος*, יהוה per *θεός* nonnunquam reddidisse, inde nondum sequitur eos pro יהוה & ארני יהוה & אלהים יהוה legisse: quia ipse in suæ ipsius causæ jugulum exempla contraria ibidem producit, ubi illi יהוה per *κύριος* reddidere. Quod verò ejusmodi punctorum permutationem non insolentem esse dicit, idque planum esse ex קרי & כתיב putat; id nihil planè ipsum juvat, cum nec de יהוה, nec de יהוה ejusmodi in קרי inveniatur annotatio.

VI. Id sibi porrò adminiculo esse putat, quod *Patres* nomen hoc ἀρρητον & ineffabile dixerunt. Verùm non dubitamus asserere, quod ἀρρητον hoc nomen appellarint, non propterea, quod secundum puncta sua pronunciarì nequeat, sed quod vel Deus cui hoc nomen tribuitur, ἀφρατος sit, vel etiam pronunciarè vulgo interdictum nec inter Judæos licitum esset, quò refero verba Eusebii & Theodoretì citata ab ipso Cappell. *p. 154.* Vid. etiam Haveman *Theogn. Ant. c. 1. §. 4.* Erivolum autem est, quod ex Rabbìnìs ad *Exod. c. 3. v. 15.* affert, nec hilo melior depravatio loci *Levit. c. 24.* ubi quod de *ma-*
ledi-

ledictione dicitur, ille ad nudam *prolationem* rapit. Et hæc sunt, præcipua, quæ Capellus contra nos urget, argumenta, quibus tantum ponderis, quantum ille putat, non inesse, facile apparet.

VII. Genuinam verò lectionem ille putat esse יהוה idq; probat tum ex *oraculo Apollinis Clarii*, tum ex nonnullis *Patribus primitivæ Ecclesiæ*, qui *יאויה, יאו, יאס & JAOTH* legerunt. Sed nec Patrum ex aliis hæc plerumque referentium, multisque insuper modis dissentientium, multò minus Spiritus mendacissimi testimonium fundamentis nostris quicquam præjudicare posse certo certius confidimus.

VIII. Improbamus interea superstitionem illam Judaicam cum summa impietate conjunctam, qui pronuntiatione nominis יהוה abstinentes, non tamen verentur eodem ad incantationes abuti. Vid. Hotting. *Tbes. Phil. l. 1. c. 3. f. 4. p. m. 450.* Buxtorf. *Lex. Talm. p. 1851.* imò pueriliter etiam ludere, cujus rei specimen vide sis ap. Dn. D. Th. Bangium *Cæl. Or. p. 195.* Quid est, si hoc non est, excolare culices & deglutire camelos? Quomodo iidem hoc nomen exponant, quomodo per idem miracula varia patrari posse asserant, de hiis videantur B. Luth. *in libr. Germ. vom Schemhamphorasch Tom. II. Jen. Germ. Adm. Rev. & Excell. Dn. D. Calov. l. c. p. 218.* Dn. Havem. *Theogn. Antiqu. c. 6. §. 4. sequ.* Petrus Galatinus *l. 2. de Arcanis Cathol. Verit. p. 60. Edit. Basil. Buxtorf. Lex. Ebr. p. 160. & Talm. p. 2541. & 2433.* aliiqve.

IX. Progredimur jam ad nomina reliqua. Videmus itaque DEO etiam tribui nomen יהוה Exod. 3. quod אלהים tum *punctatione*, tum *formatione* differt. A LXX. Interp. redditur: *ὁ θεός* Targum Onkelos & ירושלמי retinent אלהים. Jonathan verò habet: עתיד למי יהוה *Futurus esse*, à quo non abludit vocabulum D. Frantzii *Orac. 103. ERITURUS. Tertium DEI nomen est יה, quod nonnulli ex יהוה ejectione mediis lite-*

ris oriundum esse existimant; sed obstare illis videtur; quod ה in יה mobile, in יהוה v. quiescens est. Alii ex eodem nomine id decurtatum volunt, & cum He in medio mobile sit, ideoque in fine adhiberi He Mappicatum. Per eandem Apocopen L, Cappellus hoc nomen יהוה etiam fieri posse putat p. 178. Alii denique hoc nomen primitivum & à יהוה planè distinctum dicunt, quorum sententia non ad eo improbabilis est. Punctum verum huius nominis est non , unde nec Jeh, sed Jah legendum erit. Vid. Dn. D. Calov. l. c. p. 348.

X. Quartum DEI nomen אלה à potentia DEI deductum potius nobis videtur, quam ex אלהים decurtatum, quæ nonnullorum sententia est. Buxtorf. *Lex Ebr.* p. 21. Quintum est אלה & in pl. אלהים, quod satis commodè à rad. Ebræa אלה deducetur, nisi hoc obstaret, quod hic ה est quiescens, ibi mobile, ut ex Mappik apparet. Nugatoria verò est derivatio ex אלה, literis ו & ה, quarum illa masculinum, hæc foemellam notat in *Zohar in Gen. sect. לך לך Col. 252.* citante Buxtorf. *Gramm. Chald. l. 3. p. 442. 444.* Commodius hæc vox derivari nobis posse videtur à radice Arabica cognata (quam nos ante hæc etiam in ipsa lingua Hebræa non insolentem fuisse putamus) ج de quâ infra Th. 14. Conf. hic etiam Ampliss. & Excell Dn. SENNERTI doctissima *Diatr. de nomine אלהים qv. 1. p. 6.* Coeterum Judæi hoc nomen semper volunt esse iudicii, unde & Onkelos pro אלהים quandoque reddidit דין Vid. *Zohar in Levit. sect. אלהים col. 116.* cit. Buxtorf. *Gramm. Chald. p. 448. seq.* Conf. L. Cappell. *Diatr. de nomine אלהים p. 62. 63.*

XI. Sextum DEI nomen est ארץ, quod non à radice דין, *judicare*, sed potius ab ארץ, *fundamentum, basis*, (quia DEUS est fundator & sustentator omnium) deducendum putamus. De hoc vid. Dn. D. Calov. l. c. p. 421. Septimum est ערוך, *Excelsus Altissimus*; (vid. Capp. *Diatr. de אלהים p. 55.*)
quod

quod etiam apud POENOS in usu fuisse patet ex v. primò *Actus 5. Sc. 1.* in Plauti POENULO; de eo vid. Scaliger in *Ep. ad Steph. Ubertum.* citante *Taubm. Comm. in Plautum p. 1093.* Seldenus *de Diis Syris*, Bernhardus Ildretus *Canonicus Cordubensis Antiqu. l. 2, c. 2.* citante *Atb. Kirchero Prodr. Copt. c. 7. p. 178.* Octavum denique est שַׁדַּי, quod alii à שַׁדַּי vastavit, deducunt, alii ex ש & דַּי sufficientia, derivare malunt, Vid. Dn. D. Calov. *l. c. p. 432. 433.* Buxtorf. *Lex. Ebr. p. 140. § 776.* Ang. Canin. *p. 31.* L. Cappell. *l. c. Pasor Etym. nomin. propr. p. 27.*

XII, Præter enumerata hæc DEI nomina, solent alia nonnulla adhuc usurpare RABBINI & THALMUDISTÆ, ex quibus nos præcipua recensebimus. Primum est הַשֵּׁם, *nomen illud*, quod vel absolutè hoc modò ponitur, vel abbreviatè scribitur. Buxtorf. *Abbr. Rabb. p. 72.* Causam hujus appellationis petunt ex Lev. c. 24. v. II. ubi Jonathan reddidit רַבְּאוֹ יִשְׁמָא קִירָא *nomen magnum & pretiosum.* Targ. יְרוּשָׁלַיִם: שְׁמָא מְפָרֵשׁ *nomen expositum.* Vid. Ang. Canin. *p. 32.* Buxtorf. *Lex. Ebr. p. 158. Thalm. p. 2439.* Secundum est הַמְּקוֹם *locus ille*, quod ipsi desumunt ex Exod. c. 33. v. 21. sed quàm benè, ipsi viderint. Buxtorfius *Lex. Ebr. p. 673.* dicit, sic dici ab iis DEUM κατὰ ἀντιφρασιν, quasi Illocalem dicas. Sed aliæ hujus nominis rationes & fortè etiam probabiliore ex ipsis Ebræorum scriptis adducuntur in ejusdem *Lex. Thalm. p. 2000. & 2001.* Tertium est הַשָּׁמַיִם *cælum* quod in *Medras Kobeletb, Pirke Avotb & alibi* pro DEO usurpatur, ut videre esse ap. Buxtorf. *L. T. p. 2440.* Quartum est הַשְׂכִּינְתָּהּ *majestas divina*: hanc interdum Rabbini cum רוּחַ הַקֹּדֶשׁ eandem faciunt, interdum eidem contradistingvunt, ut in *l. Thalm. c. נ. יומין*, in fine, ubi quinque res enumerantur, quas defuisse putant in templo secundo, de quo loco vide sis Havem. בַּר לְרַגְלָהּ

B

five

five Begeleuchte wieder die Jüdische Finsternis
p. 143. Cocc. Sanb. & Maccob. p. 157. L'Empereur cod.
Middob. p. 103. & 145. nec non Buxtorf. L.T. p. 2397. Plura
nomina enumerat Angelus Can. l. c.

XIII. Pergimus ad nomina CHALDAE-
A atque SYRA. Quod ad illa, sciendum, quod in Pa-
raphr. Chald. interdum adhibeatur ipsum nomen יהוה,
sed duobus Jod im h. m. (יה) expressum, ut in toto c. 1. Gen.
Paraphr Onkel. pro יה etiam antehac יהוה vel יהויה adhibi-
tum esse, author est Galatinus, cujus verba vide ap. Atb.
Kirch. Prod. Copt. c. 6. p. 158. Alias Chaldaei usurpare so-
lent אלה & cum א Emph. אלהים, quod in Targum Jo-
nathanis & Hierosolym. ut plurimum superstitiosè in
אלקא corrumpi solet. Buxtorf. Gramm. Chaldaeo-Syr. p. 3.
Syri duo potissimum usurpant nomina, nim. ܐܘܢܝܢ
(Avianum in Hom. Syr. ex Gramm. B. p. 209. video etiam citare
ܐܘܢܝܢ) & ܐܘܢܝܢ Dominus. Per posterius nomen
ܐܘܢܝܢ in Psalterio Syriaco ab Erpenio verso exprimitur.
Ex eodem etiam cum affixo est ܡܪܝܢܐܘܢܝܢ (quod scriben-
dum. ܡܪܝܢܐܘܢܝܢ) Cor. 16. v. 22. Ubi mirabilis est
Etymologia viri cujusdam coeteroquin doctissimi, cujus
verba citante Dilherro Eccl. Syr. N. T. p. 176. hæc sunt: Vi-
detur Syriacum Maram (atque id Syriaeum non est) prepo-
sita litera Heemantbi ab Aram descendere, qui erat filius Sem, à
quo Aramia s. Armenia, quæ postea vocata Syria est, ut apparet
Gen. 10. 22. ut Syri ad generis sui authorem respicientes, Deum
& Dominum nominarint Maram. Hæc ille.

XIV. ARABES hæc potissimum habent no-
mina, quibus DEUM insignire solent: Primum est ܐܠܗܐ vel

ܐܠܗܐ

٤٧٢, cum Articulo ٤٧٢, ubi Elif radicale omittitur,
 in ٤٧٢ etiam J Vid. Excell. Dn. SENNERTI *Ara-*
bismus l. 1. c. 1. p. 7. Erpenii *Gramm. Maj. p. m. 17.* Golii *Lex.*
Arab. p. 144. Qvod ad originem, non descendit hæc vox
 ex JI & ٤٧٢ quasi cui sc. sunt omnia, quæ sententia, Ca-
 ninij est p. 34. ٤٧٢ quippe articuli præpositivi saltem nota
 est, & non animadvertit Caninius nomen sine articulo
 esse ٤٧٢ quod ex ٤٧٢ certè non est. Rectius hoc no-
 men deducitur à Rad. ٤٧٢, quæ sign. *Coluit Adoravit,*
 teste Golio *l. c.* ubi *Scheubari* citat. Quidam pro ٤٧٢ po-
 ponunt ٤٧٢ quæ sententia antè Dn. Golium Cl. Erpe-
 nij est, quibus nos non repugnamus; nam li-
 cet Golius ٤٧٢ τω ٤٧٢ ٤٧٢ *obstupuit;* vel ٤٧٢ *Terro-*
rum concepit æqui pollere dicat, & pro se citet Jacobi Al-
 Firauzabadij *Kamusum*, de quo vid. Pokok *Spec. Hist. A-*
rab. p. 361. tamen unam radicem diversa sustinere signifi-
 cata apud Arabes adeò infreqvens non est. Frustra ta-
 men est M. Joh. Fabritius Dantiscanus, dum in *Specim. suo*
Arab. p. 160. D. Glassum & Sixt. Amama notat, quod radi-
 cem ٤٧٢ in usu esse falsò crediderint; Et miror quomodo
Scheubarium allegare potuerit, quem etiam Golius pro se
 citat. Sed facilè potuit Fabritius locum *Scheubari* non
 punctatum pro lubitu punctare. Usurpant autem Ara-
 bes hoc nomen de solo DEO, ut patet ex eorundem bre-
 vissimâ confessione, ejusdemque fusissimâ explicatione,
 quæ peti potest ex Edvv. Pokockij *Spec. Hist. Arab. à*
p. 274 usque ad p. 292. 2. In precibus & in *Alkorano* usur-
 patur

patur אלהים , quod non abludit ab Ebr. אלהים
 Gol. *Lex. Arab. p. 144.* Tertium DEI nomen est رب vel
 الرب ; Hoc in *Psalterio Arabico*, quod *Roma Anno 1614. cum*
versione Victorij Scialac Accurensis & Gabrielis Sionitæ
Edeniensis, Maronitarum, prodit, pro יהוה adhibetur,
 pro quo tamen in *Pentateucho Arab.* الله usurpatum
 videas, ut observat M. Joh. Fabritius *l. c.* $\text{قَدِيرٌ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ}$
Potens super omnia & الرحمان الرحيم *Miserator mi-*
sericors, quæ Angelus Caninius pro nominibus DEI habet,
 descriptiones saltem aliquales sunt, quales etiam aliæ co-
 cervari possent.

XV. Sed progredimur ad nomina PERSICA
 & TURCICA. Illa sequentia fermè sunt خدا , quod
 à Germ. nostro *Gott* non multum abest; plura quippe
 alia vocabula in lingua Persica dantur cum Germanicis &
 Latinis exactissimè convenientia, quorum quædam enu-
 mumeravit Gravius *Elem. l. Pers. p. 90. 91. 2.* الله vel آله
Vid. Lud. de Dieu Rud. l. Pers. p. 6. Autor *de Siglis* anony-
 mus *p. 1.* Mutuati sunt Persæ hoc nomen ex lingua Ara-
 bica, ut complura alia. Erpen. *Orat. de l. Arab. D. Lud. De*
D. l. c. p. 5. 3. Reperitur etiam usurpatum الله , de
 quo *Tb. preced. in Rosario Persico* Muslahi Eddini Sadi,
 quod versione & notis illustravit Cl. Gentius *p. 10. 12. 4.*
 حقیق *Verax*, *Rosar. p. 6.* quod etiam ap. Turcas in usu
 est, ut mox videbitur. خداوندگار q. d. *Dominos fa-*
ciens *Ros. p. 6. 6.* پروردگار quasi *Altor s, Educator*, *L. De*
dieu p. 63. 7. رب *Dominus*, quod itidem ex Arabismo est,
Rosar.

Rosar. p. 14. 8. *دَي*, apud Ullug. Beigum *de Epochis Oriental.* (quilibet Persicè & Latinè à Cl. Gravio editus est) p. 103. pro nomine DEI habetur. 9. *دَصْرَت* *majestas*, Deum etiam notare nonnunquam solet, non aliter ac *שְׁכִינָה* ap. Rabbinos. Vid. *Præf. L. De Dieu in Hist. Christi Pers. Xaverij* * * *. 10. Tavvufius in *Paraphr. Persicâ in Pentateuchum* nomen *יהוה* non vertit, sed retinuit duobus Jodim expressum; aliàs tamen nonnunquam per *خَسَاوَت* reddi solet.

XVI. TURCICA nomina ferè hæc sunt 1. *تَنْغْرِ* Tangri. Vid. *Lex. Turc. Megiseri & carmen Kemalumi, Poëta Turcici.* 2. *دَقْس* *Justus* vel absolutè ponitur, ut in *Versibus Kemalumi*, vel cum *تَقْس*, ut in *Lexico Turcico-Lat. Megiseri. Gggg.* 3. *أَلَد*, quod ex Arabismo est; quarta enim pars vocum Turcicarum ex lingua Arabica est secundum Erpen. *Orat. de l. Arab. l. c. 4.* *دَصْرَت* *majestas*; occurrit ap. *Megiserum Inst. L. Turc. E. 3. b. in versibus Kemalumi.*

XVII. Pergimus ad nomina ÆTHIOPICA, quæ tria præcipuè sunt 1. *אֲנַצְאֲבַחַר*; quæ vox juxta nonnullos composita est ex: *אֲנַצְא* *Dominus* & : *בַּחַר* *Mare*, q. d. *Dominus maris*: sed obstat vocalium ratio. Nobis cum Angelo Caninio hæc vox videtur potius composita esse ex: *אֲנַצְא* *Dominus* : *אֲבַ* *Pater*, : *חַר* *bonus* q. d. *Dominus Pater bonus*. Ex: *חַר* descendit etiam : *מַחַרְת* *bonitas*; extat. in *Psalt. Roma Anno 1513. à Potkenio edito Pf. 22. v. 8.* Nec obstat quod tunc potius: *אֲנַצְאֲבַחַר* quam *אֲנַצְאֲבַחַר* dicendum foret. Nam non insolens est in lin-

gva Æthiopica literam geminatam in unam coalescere;
 Sic dicitur: דְּמִרָּר pro: דְּמִמִּרָּר Pf. 84. v. 12. 2. : דְּמִמִּרָּר *Do-*
minus, quod pro דְּמִמִּרָּר plerumque usurpatur. 3. : דְּמִרָּר ,
 propriè *Rex*: in usu prophano tamen non adhibent
 hanc vocem, sed pro ea דְּמִמִּרָּר . Simile quid occurrit in
 versione *Arabico-Samaritana*, ubi $\text{τὸ τετραγέγραμμάριον}$ per
 דְּמִמִּרָּר *Rex Deus*, exprimitur. Vid. Hotting,
Tb. Phil. l. 1. c. 3. p. 280.

XVIII. Post Æthiopica operæ etiam pretium
 est de ÆGYPTIACIS nonnihil dicere. Usurpant illi i.
 nonnunquam Græcum $\theta\epsilon\omicron\varsigma$; quod mirandum non est,
 cum & multa alia vocabula cum Græcis exactè conveni-
 ant. Ab hoc non proculabest nomen *Mercurij Trisme-*
gisti $\theta\omega\delta\theta$ vel $\theta\omega\omicron\delta\theta$, cujus honori mensis etiam consecra-
 tus est. Ath. Kirch. *Prodr. Copt.* c. 7. p. 175. 2. Πνωστ (*in*
Theoria Gramm. Ægypt. Aben Kateb Kayfari in *Mobta-*
bao & Cabaro invenitur etiam ορνωστ . Continetur hic li-
 ba in l. *Copta Restituta* Kircheri) nonnulli etiam φνωστ
 scribi volunt, sed perperam. 3. φτ , quod quidam *expan-*
sum, alii *contractum* esse volunt. Qui contractum di-
 cunt, per *Phanuta* pronunciant, & *Coptitarum* authorita-
 te sese muniunt. Sed nobis potius expansum hoc no-
 men videtur i. Quia nomina abbreviata s. contracta ap.
 Coptitas lineolâ superius notari solent. Nomen φτ
 verò nunquam ejusmodi lineolam habet. 2. Patet hoc
 ex nominibus compositis E. G. πεμτενφτ , σαφτ ; quæ
 nemo pronunciat *Pemtemphanuta*, *Saphnuta*, sed *Pem-*
tenphata, *Saphata*, &c. 3. Quia nomen φνωστ ne in usu
 quidem est, sed invenitur tantum Πνωστ . Cœterum
 hoc nomen nec pluralem habet, nec affixa assumit;
 ferè ut nomen דְּמִמִּרָּר . Vid. Ath. Kirch. *Prod. Copt.* c. 6.

XIX.

XIX. ARMENI, quod sciamus, duo habent nomina DEI. Prius non est *Asuz*, ut Madero *Coll. Arab. p. 35.* videtur, sed *Asuati*, quod Armeni mysticè per primam & ultimam Alphabeti literam *Aip.* & *Aipun*, ut & per primam solam circulo inclusam exprimere solent. Posterius est *Heli Hubel*, quod priori æquipollet. Utrumqve videatur ap. Ath. Kircher. *p. 159. & 60.*

XX. Idem Athan. Kircherus *c. 3. Prodr. exhibet scriptum quoddam sinicum*, Latinè versum, ubi DEUS dicitur *Olo*, & additur *ò yù* i. e. sine principio. Si hoc verum *Sinensium* nomen est, à Chaldaica voce vel Syriaco *ܐܘܠܐ* non procul abest. Videri potest Kircherus *l.c.* Hæc itaqve præcipua nomina DEI sunt ap. Orientales usitata: DEUS Ter Opt. Max. ob sacrosanctum nomen suum conservet nos in perpetuum, ut in omnia secula seculorum

HoC noMen LaVDetVr!

COROLLARIA.

I.

Vox Psontomphanech non Ebræa est, sed Ægyptiaca, ex ψοντομ, quod futura, & Φανηχ vel Πανηη, quod vatem seu Augurem notat.
Ath. Kircher. *Prodr. Copt. c. 5. p. 126.*

II.

II.

*Vox remphan Act. 7. v. 43. Ægyptiaca
itidem est, quod egregiè probat Lud. De Dieu
Animadv. in h. l.*

III.

*Nomen DEI Agla ap. Galatinum l. 2. c. 15.
per Cabbalam Notaricon fit ex גבור אלה לעולם
ארני Tu fortises in æternum Domine,
Schikk. Bech. Happeruschin p. 68.*

IV.

*Saraceni non à Sara, nec à Syria, nec à
ساروق, nec à سرق. dicuntur. Edvv. Po-
kok. Not. in Spec. Hist. Arabum p. 34. Hot-
ting. Hist. Orient. l. 1. c. 1, p. 7.*

V.

*Turce nobis non à rad. Arabica سـرـجـر,
sed à voce Turcica سـرـجـر dicti ita videntur.
Gentius in notis ad Rosar. Pers. Muslad. fadi.
p. 543.*

F I N I S.



Aug VI 15

ULB Halle 3
003 865 746


Sb.

Reho
VD 17
KD 18
L





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



PHILOLOGICA
IBUS DEI
A EBRÆA
RIENTALIBUS
ATIS,
D. M. A,
Leucorœa
SES
STUS Pfeiffer/
rg. Saxo,
dens
DÜBENERUS,
NEO-MARCH.
φιλολογέων
sistunt.
Die XXII. Febr.
BERGÆ,
Fincelii, MDCLX.

